Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Liber

gregatique sunt philistiim et
venerunt et castra metati sunt
in sunem. Congregauit autem
et saul uniuersum israel et ue
nit in gelboe. Et uidit castra
philistinorum et timuit et ex
pauit cor eius nimis. Consulu
itque dominum et non respondit ei ne
que per somnia neque per sacerdotes
neque per prophetas. Dixitque saul
seruis suis. Querite michi
mulierem habentem pithonem et
uadam ad eam et interrogabo
per illam. Et dixerunt serui eius
ad eum ad eum. Est mulier ha
bens pithonem in endor. Mu
tauit ergo habitum suum et ues
titus est alios uestimentis et
abiit ipse et duo uiri cum eo
uenerunt ad mulierem nocte
Et ait. Diuina michi in pithio
ne et suscita michi quem di
cam tibi. Et ait mulier ad eum.
Ecce tu nosti quanta fecerit saul
et quomodo exterminauit magos
et ariolos de terra. Quare
ergo insidiaris animae meae ut
occidar. Et iurauit saul ei dicens
Viuit dominus quia non euen
iet tibi malum quicquam propter
hanc rem. Dixitque ei mulier
Quem suscitabo tibi. Qui ait
Samuelem suscita michi. Cum
autem uidisset mulier samuelem
exclamauit uoce magna et
dixit ad saul. Quare imposu
isti michi. Tu es enim saul.
Dixitque ei rex. Noli timere.
Quid uidisti. Et ait mulier
ad saul. Deos uidi ascen
dentes de terra. Dixitque ei.
Qualis est forma eorum.
Que ait. Vir senex asten
dit et ipse est amictus pallio

Intellexit saul quod samuel
esset et inclinauit se super
faciem suam in terram et adorauit.
Dixit autem samuel ad saul.
Quare inquietasti me ut
suscitarer. Et ait saul. Co
actus sum. Siquidem phi
listini pugnant ad uersum
me et deus recessit a me
et audire noluit neque in
manu prophetarum neque per somni
a. Vocaui ergo te ut
ostendas michi quid faciam
Et ait samuel. Quid me in
rogas me cum dominus recesse
rit a te et transierit ad
amicum tuum. Faciet enim tibi
dominus sicut loquutus est in manu
mea et scindet regnum tuum
de manu tua et dabit illud
proximo tuo dauid quia non obe
disti uoci domini neque fecisti
iram furoris eius in amalech
Ideo quod patrauisti fecit tibi
dominus hodie et dabit dominus
israel tecum in manu philis
tinorum. Cras autem tu et filii
tui mecum eritis. Sed et
castra israel tradet dominus in
manu philistinorum. Statimque
saul cecidit porrectus in ter
ram. Exterruerat enim uerba
samuel et uirtus non erat
in eo quia non comederat panem
tota die illa. Ingressa itaque
est mulier illa ad saul conster
nato enim erat ualde. Dixitque
ad eum. Ecce obediuit ancil
la tua uoci tue et posui anim
am meam in manu tua et audiui
sermones tuos quos loquutus
es ad me. Nunc igitur et tu
audi uocem meam ancille tue
et ponam coram te buccellam